



*Nil sane aut magis exoptatum mihi, aut gratius po-
tuit iucundiusque accidere, quam quod Vir Iuue-
nis generosus, omni et doctrinae, et virtutis lau-
de exornatus, cuius nomen in fronte libelli adparet, me ro-
gavit, ut huic exercitationi academicae a se defendendae
praeponerem epistolam ad VOS, FRATRES, et VOBIS inuicem,
et mihi iunctissimos, qua libellum huncce ad vos potissimum,
quasi munusculum, mitterem, et se vobis, quantum pos-
sem, de meliori commendarem. Nostis enim, VIRI EXCEL-
LENTISSIMI, a multo inde tempore, et ex familiari et mul-
ta, quae mihi vobiscum contigit, consuetudine, obseruan-
tiam, amorem, studium, reuerentiam, et, ut omnia
vno verbo, huic rei maxime proprio, comprehendam, no-
stis*